Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26370
Copyright: Admont, Benediktinerstift



INCIPIT PREFATIO BEATE FAMULI DEI IN HISTORIAM GENTIS ANGLORUM AD GLORIOSISSIMO REGI CEOLULFO. BEDA famulus xpi & presbiter. Hystoriam gentis anglorum et ecclesiasticam quam nuper edideram libentissime et desideranti rex. & pius ad legendum ac pbandum transmisi. & nunc ad scribendum ac plenius ex tempore meditandum retransmitto. satisque studium tue sinceritatis amplector. quoniam solum audiendis scripture sacre uerbis aures seculares accomodas. uerum & noscendis porro gestis seu dictis. & maxime nostre gentis uirorum illustrum. curam uigilanti impendis. Siue enim hystoria de bonis bona refert. ad imitandum bonum auditor sollicitum instigat. seu mala comemorat. de piis nichilominus religiosis ac pius auditor siue lector. deuitando quod noxium est ac puersum. ipse sollertius ad exequenda ea que bona ac deo digna esse cognouit accendit. Quod ipsum tu quoque uigilantissime deprehendens hystoriam memoratam innouciam et. simul & eis quibus te regendis diuina profecit auctoritas. ob generalis curam salutis latius palari desideras. Ut autem in his que scripsi. ut et ceteris auditoribus siue lectoribus hystorie occasione dubitandi subtracta. quibus hec maxime auctoribus didicerim breuiter intimare curabo. Que autem in nordanhum